

CAPITULOS PROVINCIALES ESPAÑOLES  
DE LA ORDEN DE SAN AGUSTÍN

Capitulum Provinciale Provinciae  
Castellae

LEGIONE CELEBRATUM ANNO DOMINI 1948

In nomine Domini N. Jesu Christi benedicti. Amen.

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quadragésimo octavo, die vigesima mensis Julii et sequentibus celebrata sunt Comitia Provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius provinciae Castellae in Collegio B. M. Virginis a Bono Consilio Legionis, prout ab Adm. R. P. Priore Provinciale, Fr. Cypriano Asensio Barroso, indictae fuerant per litteras die decima quinta mensis Junii eiusdem anni ab ipso datas.

Itaque cum die decima nona ad praedictum Conventum convenissent Patres Vocales, die vigesima post Vesperas, signo Campanulae ter dato, ad locum Capituli se congregaverunt. Tunc primus Definitor, loco Prioris Provincialis, praemissis praemitendis, mandavit ut si quis a Revmo. P. Generali litteras haberet ad istud Capitulum directas, easdem statim proferret. Mox Revmus. P. Assistens Generalis Fr. Carolus Vicuña, litteras Revmi. PP. Generalis praesentavit, per quas dicti Capituli Praesidens ipse Revmus. P. Assistens Generalis Fr. Carolus Vicuña constituebatur, qui, nullo renuente, ab omnibus reverenter pro Praesidente fuit recognitus.

Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Iudices causarum et examinatores Litterarum, qui sunt: RR. PP. Fr. Ambrosius de Arancibia, Fr. Gilbertus Gutiérrez et Fr. Maximinus Alvarez.

Sequenti die, Missa de Spiritu Sancto cantata, aliisque expletis quae in N. Constitutionibus praescribuntur, coram omnibus in locum Capituli consedentibus, Secretarius Provincialis, propter infirmam valetudinem P. Provincialis, sigillum Provinciae tradidit Praesidi, ac per hoc R. P. Provincialis humilliter officium suum in manus Praesidentis ressignavit, qua resignatione acceptata, per R. P. Fr. Gilbertum Gutiérrez Iudicem Causarum et Examinatorem Litterarum recitata fuerunt nomina eorum qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Revmus. P. Assistens Generalis, P. Carolus Vicuña, Praeses Capituli.

Adm. R. P. Cyprianus Asensio, Provincialis emeritus.

R. P. Justus Ramirez, primus Definitor.

R. P. Joannes Alvarez, secundus Definitor.

R. P. Helladius de Castro, tertius Definitor.

R. P. Mathias Boñar, quartus Definitor.

R.P. Candidus Herrero, Commis. Provincialis in Insula Portoricensi.

R. P. Joannes García, Commis. Provincialis in Brasilia.

R. P. Arsenius Fernández, Prior Conventus Calellae.

R. P. Cástor Gutiérrez, Prior Conventus Calagurris.

R. P. Philippus Morrondo, Prior Collegii B. M. V. a Bono Consilio Legionis.

R. P. Gilbertus Gutiérrez, Prior Conventus Guernicae.

R. P. Ambrosius de Arancibia, Prior Conventus Majorgae.

R. P. Jesús Fernández, Prior Conventus Sti. Germani.

R. P. Paulus Gutiérrez, Prior Domus de Aguada.

R. P. Maximinus Alvarez, Prior Domus de Cabo Rojo.

R. P. Josephus Rodríguez, Prior Domus de Santurce.

R. P. Basilius Fernández, Prior Domus de Port Arthur.

R. P. Helladius Gutiérrez, Prior Collegii Sti. Aloysii de Bragança.

R. P. Franciscus Abril, Prior Domus de Campinas.

R. P. Aurelius Alvarez, Secretarius Provincialis.

RR. PP. Discreti Conventuales, videlicet:

R. P. Petrus Moratiel, Discretus Conventus Calagurris.

R. P. Rogelius Díez, Discretus Collegii Legionis B. M. V. a Bono Consilio.

R. P. Eulogius Rodríguez, Discretus Conventus Guernicae.

R. P. Donatus Liébana, Discretus Conventus Sti. Germani.

R. P. Honorius Gutiérrez, Discretus Collegii St. Aloysii de Bragança.

R. P. Ludovicus González, Discretus Circumscriptionis in Insula Portoricensi.

R. P. Felicianus Grande, Discretus Circumscriptionis in Brasilia.

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus juramento emisso de eligendis in Provinciale et Definitoribus quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per secreta suffragia, id est, R. P. Candidus Herrero, R. P. Joannes Alvarez, R. P. Helladius Gutiérrez et juramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem processum est.

Peracta prima scrutatione, electus fuit in Provinciale votis undeviginti R. P. Lect. Fr. Petrus Moratiel Yugueros, et a primo scrutatorum publicatus, atque emissis ab electo professione fidei et juramento contra modernismum, in officio a P. Praesidente confirmatus fuit. Deinde deductus fuit in Ecclesiam, omnibus hymno «Te Deum laudamus» cantantibus, ibique praemissis praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manum deoscularunt. R. P. Justus Ramirez habuit quinque suffragia; R. P. Petrus Alvarez, unum; R. P. Philippus Morrondo, unum; et R. P. Candidus Herrero, unum.

De hac electione separatim publicum instrumentum redactum est ab Actuario Capituli, Praeside et Scrutoribus subsignatum, in archivo Provinciae asservandum.

Eodem die post Vesperas ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo conveniunt, ut Definitores eligerent; servatisque servandis, electus fuit

in primum Definitorem R. P. Mathias Boñar González, suffragiis viginti unum; in secundum Definitorem R. P. Candidus Herrero de la Puebla, suffragiis tredecim; in tertium Definitorem R. P. Ambrosius de Arancibia Sarriortuzar-Subiate; et in quartum Definitorem R. P. Rogelius Díez López, suffragiis viginti duo.

Definitores in defectu: Primus R. P. Basilius Estrada Robles, suffragiis viginti duo; secundus R. P. Paulus Marín Solano, suffragiis viginti.

In Secretarium Provinciae electus fuit R. P. Castor Gutiérrez Gutiérrez.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum nostrarum nostrarum Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Adm. RR. PP. Carolus Vicuña Murguiondo, Praesidens, Petrus Moratiel, Provincialis electus, Cyprianus Asensio, Provincialis emeritus, et RR. PP. Definitores, Mathias Boñar, Candidus Herrero, Ambrosius de Arancibia et Rogelius Díez, qui auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

1.º Renovamus et confirmamus definitiones et decreta ultimi Capituli.

2.º Rite ab studiis absoluti fuerunt RR. PP. Maximinus Marcos, Paulus Bocanegra Relloso, Germanus Valladares Alvarez, Aloysius Franco Fueyo et Robertus García del Pulgar.

3.º Examinatae et approbatae fuerunt rationes accepti et expensi ab Aeconomo Provinciali praesentatae. Similiter examinatae et approbatae fuerunt rationes accepti et expensi in singulis domibus Commissariatus tum in Insula Portoricensi, tum in Brasilia.

4.º Praescripta est collecta a nostra Provincia solvenda pro Prioris Generalis ejusque Curiae provisione tria millia libelarum hispaniarum.

5.º Recognita sunt acta Visitationis a Patre Provinciali et a Patribus Vicariis Provincialibus illius delegatione facta.

## DISPOSITIONES FAMILIARUM

## PROVISIO CONVENTUS CALELLAE

*Electus fuit:*

- In Priorem R. P. Lr. et Ex-Provincialis Angelus Monjas.
- In Subpriorem et Sacristam, R. P. Arsenius Fernández.
- In Procuratorem, R. P. Julius Vallejo.

## PROVISIO CONVENTUS S. P. AUGUTINI CALACURRIS

*Electus fuit:*

- In Priorem R. P. Gilbertus Gutiérrez García.
- In Subpriorem et Sacristam, R. P. Valerus López.
- In Procuratorem, R. P. Eulogius Rodríguez.
- In Consiliarios, RR. PP. Mathias Boñar et Valerus López.
- In Depositarium, R. P. Mathias Boñar.

## PROVISIO COLLEGII LEGIONIS

*Electus fuit:*

- In Priorem, R. P. Helladius Gutiérrez García.
- In Subpriorem, R. P. Lender Abella.
- In Consiliarios, RR. PP. Leander Abella, Justus Ramirez el Aloysius Martín.
- In Sacristam, R. P. Maximinus López.
- In Procuratorem, R. P. Basilius Estrada.
- In Depositarium, R. P. Gregorius Santos.

## PROVISIO CONVENTUS GUERNICAE

*Electus fuit:*

- In Priorem, R. P. Lucianus Vergara Unanua.
- In Subpriorem, R. P. Helladius de Castro.
- In Consiliarios, RR. PP. Helladius de Castro et Florentius Martín.
- In Procuratorem, R. P. Florentius Martín.
- In Depositarium, R. P. Ramirus Flórez.

## PROVISIO COLLEGII STI. THOMAE A VILLANOVA DE MAYORGA

*Electus fuit:*

In Priorem, R. P. Lr. et Ex-Provincialis Ambrosius de Arancibia.

In Subpriorem, R. P. Herminius Negral.

In Consiliarios, RR. PP. Herminius Negral et Florentius Herrero.

In Sacristam, R. P. Florentius Herrero.

In Depositarium, R. P. Herminius Negral.

## PROVISIO DOMORUM IN INSULA PORTORICENSI

*Electus fuit:*

In Vicarium Provinciale, R. P. Josephus Rodríguez Cristiano.

In Consiliarios, RR. PP. Paulus Gutiérrez, Josephus María Castellanos et Henricus Fernández.

## PAROCHA SANCTI GERMANI

*Electus fuit:*

In Priorem et Parochum, R. P. Donatus Liébana.

## PAROCHA B. M. V. A MONTSERRAT DE SANTURCE

*Electus fuit:*

In Priorem et Parochum, R. P. Jesús Fernández.

## PAROCHA STI. MICHAELIS ARCHANGELI DE CABO ROJO

*Electus fuit:*

In Priorem et Parochum, R. P. Maximinus Alvarez.

## PAROCHA STI. FRANCISCI DE AGUADA

*Electus fuit:*

In Priorem et Parochum, R. P. Antonius Zubillaga.

## PROVISIO DOMUS ET PARECIAE B. M. V. DE GUADALUPE IN PORT ARTHUR (America Septent.)

*Electus fuit:*

In Priorem et Parochum, R. P. Basilius Fernández.

## PROVISIO DOMORUM IN BRASILIA

*Electus fuit:*

- In Vicarium Provinciale, R. P. Anthimus del Pozo.
- In Consiliarios, RR. PP. Franciscus Abril, Emmanuel Campelo et Felicianus Grande.
- In Priorem et Parochum Domus de Atibaia, electus fuit R. P. Claudius García Quijano.

## PROVISIO COLLEGII ST. ALOYSII DE BRAGANCA

*Electus fuit:*

- In Priorem, R. P. Petrus Mariezcurrena.
- In Subpriorem, R. P. Jeremías Vega.
- In priorem et Parochum Domus de Campinas, electus fuit R. P. Franciscus Abril.

## ELECTIONES ALIORUM OFFICIALIUM

*Electus fuit:*

- In Aeconomum Provinciae, R. P. Candidus Herrero.
  - In Magistrum Professorum in Calagurri, R. P. Mathias Boñar.
  - In eius socium, R. P. Ignatius Herrero.
  - In Magistrum Professorum Guernicae, R. P. Ramirus Flórez.
  - In Magistrum novitiorum fratrum conversorum, R. P. Valerius López.
  - In examinadores ordinandorum, confessoriorum et documentis pro fratribus conversis, RR. PP. Gilbertus Gutiérrez, Valerius López et Ignatius Herrero.
  - In Revisores librorum edendorum electi sunt, RR. PP. Gilbertus Gutiérrez, Philippus Morrondo et Angelus Monjas.
  - In Vicarium Monialium Renteriae electus fuit, R. P. Joannes Arana.
  - In Vicarium Monialium de Lequeitio electus fuit, R. P. Emmanuel Suárez.
- Caeterorum officiorum provisio et ordinatio familiarum singulorum domorum, relinquitur ad arbitrium P. Provincialis cum

suo Definitorio in Hispania, et RR. PP. Vicariis Provincialibus cum suo Consilio in Insula Portoricensi et in Brasilia.

Item relinquatur auctoritati. P. Provincialis cum suo Definitorio designatio loci pro futuro Capitulo Provinciali celebrando.

Priores electi ante confirmationem in officio professionem fidei et juramentum contra modernismum emiserunt.

Haec sunt, Revme. Pater, Capituli nostri electiones et acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes. P. V. Revmae. submissee provolvimur, humiliter obsecrantes, ut iisdem favoribus ac paterni amoris affectibus, quibus semper, nos prosequatur.

Deus optimus Max. P. V. Revmam. Eremitico Ordini diu servet incolumen.

Datum in nostro Collegio B. M. V. a Bono Consilio Legionis die vigesima séptima mensis Julii anni millesimi nongentesimi quadragesimi octavi.

FR. CAROLUS VICUÑA,  
*Capituli Praeses.*

FR. PETRUS MORATIEL,  
*Prov. elect.*

FR. CYPRIANUS ASENSIO,  
*Prov. absolutus.*

FR. MATHIAS BOÑAR,  
*Primus Definitor.*

FR. CANDIDUS HERRERO,  
*Secundus Definitor.*

FR. AMBROSIUS DE ARANZIBIA-SZAR.,  
*Tertius Definitor.*

FR. ROGELIUS DIEZ,  
*Quartus Definitor.*

N O S

P. Fr. AEMILIANUS BARTOLOZZI, S. Theologiae Magister  
Ordinis Eremitarum S. Agustini Commissarius Generalis.



Adm. Rv. P. Fr. Petro Moratiel Yugueros, Priori Provinciali Provinciae Castellae, salutem in Domino plurimam.

Perpensis Actis Capituli Provincialis Provinciae Castellae mense Julio proxime elapso in Colegio B. M. V. a Bono Consilio Legionis celebrati, omnes et singulas actiones, electiones et determinationes in iisdem Actis insertas, tenore praesentium at auctoritate Nobis commissa, atque de consilio Ven. Nostrae Curiae confirmamus et approbamus illasque ratas et firmas esse et haberi volumus et mandamus; dispensationem concedentes super praescripto Constitutionum NN. n. 838 ut R. P. Ambrosius de Arancibia munus Definitoris Provincialis simul et Prioris conventualis gerere possit; item dispensantes cum R. P. Ignatio Herrero super defectu aetatis canonicae ut munere socii Magistri clericorum professorum fungi possit.

Datum Romae, die 17 Septembris 1948.

*Fr. AEMILIANUS BARTOLOZZI,*  
*Commissarius Generalis.*

*Fr. REGINALDUS SCHRAML,*  
*Ordinis Subsecretarius.*

*Concordat cum originali in Archivo Provinciae asservato.*  
*In fidem, etc.*

*Datum Legione, die 1 Julii 1951.*

*Fr. CASTOR GUTIERREZ,*  
*Prov. Secretarius.*

# Capitulum Provinciale, Provinciae Ssmi. Nominis Jesu Insularum Philippinarum O. E. S. A.

CAESARAUGUSTAE CELEBRATUM  
ANNO DOMINI 1949

Anno Nativitatis eiusdem millesimo nongentesimo quadragésimo nono, die 30 et sequentibus mensis Iulii, celebrata sunt Comititia provincialia Fratrum Eremitarum S. P. Augustini huius Provinciae Ssmi. Nominis Jesu Insularum Philippinarum in Conventu Scti. Augustini Caesaraugustae prout ab Adm. R. P. Petro Arguinzóniz Provinciali in diem 30 huius mensis indicta fuerant.

Itaque, cum die vigesima octava ad praedictum Conventum convenerint tum Revmus. P. Generalis Fr. Ioseph Hickey cum Adm. R. P. Assistente, Generali Fr. Carolo Vicuña et Adm. R. P. Secretario Generali Fr. Ignatio Arámburu tum coeteri PP. Vocales, eodem die post Vesperas, signo campanulae ter dato, ad locum Capituli omnés se congregaverunt, ibique Revmum P. Generalem, qui omnia iura sibi reservare praedixerat, ut Praesidem recognoverunt. Deinde per secreta suffragia electi fuerunt tres Iudices Causarum et Examinatores Litterarum, qui sunt RR. PP. Dictinius Rodríguez Bravo, Claudius Burón Alvarez et Lucas García Prieto.

Sequenti Sabbato Missa de Spiritu Sancto celebrata, aliisque expletis in nostris Constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco Capituli consedentibus, R. P. Provincialis officium suum in

manus Praesidentis humiliter resignavit. Qua resignatione acceptata, per R. P. Dictinium Rodríguez Bravo, Iudicem Causarum et Examinatorem Litterarum, recitata fuerunt nomina eorum, qui vocem activam habere debebant, hoc ordine:

Revms. P. Generalis et Praeses Capituli Fr. Ioseph Hickey,

Adm. R. P. Assistens Generalis Fr. Carolus Vicuña,

Adm. R. P. Petrus Arguinzóniz Marquina, Prior Provincialis absolutus,

Adm. R. P. Ignatius Arámburu Cendoya, Secretarius Ordinis,

R. P. Iesus Alava Zurbitu, Primus Definitor,

R. P. Emmanuel Díez Canseco, Secundus Definitor,

R. P. Valerianus Rivero Montalvo, Tertius Definitor,

R. P. Dictinius Rodríguez Bravo, Quartus Definitor,

R. P. Lr. Cyrilus García Alonso, Commissarius Provlis. Peruviae,

R. P. Nicolaus Salgado Corta, Commissarius Provlis. Columbiae,

R. P. Vitalis Iraeta Echevarría, Vicarius Provlis. Philippinarum.

R. P. Laurentinus Mendiluce Rodríguez, Vicarius Provlis, Sinenensis, qui abfuit ratione infirmitatis,

R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez, Vicarius Provlis. Iquitensis,

\* R. P. Angelus Rodríguez Gamoneda, Prior Conventus Limani,

\* R. P. Ioannes Mendiluce Rodríguez, Prior Conventus Cebuani,

\* R. P. Eliseus Alava Zurbitu, Prior Conventus de Bojacá,

\* R. P. Franciscus Gijón Guillén, Prior Conventus de Facatativá,

R. P. Crescentius Fernández Prieto, Prior Conventus Barcinonensis.

\* R. P. Eleutherius Blanco Suárez, Prior Conventus de Shanghai,

R. P. Lucas Espinosa Pérez, Prior Conventus de Bilbao,

\* R. P. Restitutus Díez Rodríguez, Prior Collegii Limani,

\* R. P. Marianus Sapiña Arlandis, Prior Conventus de Iloilo,

\* R. P. Nicolaus García Rodríguez, Prior Conventus de Barranquilla,

---

(\*) Signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.

- \* R. P. Víctor Díaz de Tuesta, Prior Conventus de Chosica,  
R. P. Claudius Burón Alvarez, Prior Conventus Coiacensis,  
R. P. Ioseph Marcos Valle, Prior Conventus de Neguri,  
R. P. Antonius García Caveró, Prior Conventus Caesarau-  
gustani,
- \* R. P. Lr. Js. Ioseph Macho Guaza, Prior Conventus de Chan-  
cay,
- \* R. P. Nicolaus Dulanto Dulanto, Prior Conventus de Changteh,  
R. P. Ex-Provlis, Ioachim Geijo Vega, Prior Conventus de  
Becerril,  
R. P. Lr. Lucas García Prieto, Secretarius Provinciae,
- \* R. P. Lr. Js. Iesus Delgado Alvarez, Discretus Conventus Li-  
mani,
- \* R. P. Leander Morán Giménez, Discretus Conventus Cebuani,
- \* R. P. Daniel Castrillo Ortega, Discretus Conventus Manilani,
- \* R. P. Ioseph López Cid, Discretus Conventus de Bogotá,  
R. P. Lr. Iuventinus Macho Liébana, Discretus Conventus Va-  
llisoletani,  
R. P. Edilbertus Redondo Maté, Discretus Conventus Barci-  
nonensis,
- R. P. Thomas Alejandro Herrero, Discretus Conventus Ma-  
tritensis,  
R. P. Lr. Js. Daniel Ortega Santos, Discretus Conventus de  
Bilbao.  
R. P. Baudilius Montes Alvarez, Discretus Collegii Limani,
- \* R. P. Silvinus Vadillo Isasi, Discretus Conventus de Iloilo,
- \* R. P. Crescentius Toledo Toledo, Discretus Conventus de Cho-  
sica,  
R. P. Stephanus Cuesta Valladares, Discretus Conventus Coia-  
censis,  
R. P. Clemens Juldáin Abarrátegui, Discretus Conventus de  
Neguri.  
R. P. Albertus Medina Ajenjo, Discretus Conventus Caesarau-  
gustani,

---

(\*) Signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.

\* R. P. Lr. Js. Bonaventura Hospital de la Puebla, Discretus Conventus de Chancay,

R. P. Lr. Js. Clemens Camporro Fanjul, Discretus Conventus de Becerril,

\* R. P. Iesus García Martín, Discretus Conventus de Iquitos,

\* R. P. Laureanus Revilla Lorenzo, Discretus Circumscrip. de Lichow,

\* R. P. Nicanor Alcántara Cotorruelo, Discretus Circumscrip. de Changteh,

\* R. P. Ioannes Fernández Corripio, Discretus Circumscrip. de Barranquilla.

\* R. P. Ludovicus Mallo Mallo, Discretus Circumscrip. de Pam-panga,

R. P. Marianus Espinosa Martín, Discretus Circumscrip. de Yochow,

Dimissis autem vocem non habentibus, atque ab omnibus electoribus iureiurando emisso de eligendis in Provinciale et in Definitores quos secundum Deum eligendos esse existimaverint, designati sunt tres Scrutatores vocum per suffragia secreta: idest R. P. Ex-Provis. Ioachim Geijo Vega, R. P. Lr. Js. Daniel Ortega Santos et R. P. Stephanus Cuesta Valladares et iuramento fidelitatis ac de secreto servando ab ipsis praestito, ad novi Provincialis electionem procesum est. Revmus. P. Praeses, Adm. R. P. Assistens Generalis et Adm. R. P. Secretarius Ordinis declaraverunt se abstinere a suffragio ferendo. Peracta prima scrutatione, relectus fuit in Provinciale votis triginta et quinque R. P. Petrus Arguinzóniz Marquina, et a primo Scrutatorum publicatus, atque emissis ab electo professione fidei et iuramento contra modernismum, in officio a Rvmo. P. Praesidente confirmatus est. Deinde deductus fuit in Ecclesiam, ibique praemissis ritibus praescriptis, omnes Religiosi in signum obedientiae eidem manum deoscularunt.

R. P. Claudius Burón Alvarez undecim habuit suffragia, R. P. Gerardus de Cruz Bratos unum, R. P. Paulus Alava Alava unum et una scheda alba reperta est.

---

(\*) Signati suffragia per schedas ad Capitulum miserunt.

Eodem die post Nonam ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, iterum omnes Patres electores in Capitulo conveniunt, ut Definitores eligerent, servatisque servandis, electus fuit in primum Definitorem R. P. Nicolaus Alonso Rodríguez suffragiis triginta duobus, in secundum R. P. Angelus Negrete de la Peña suffragiis triginta quatuor, in tertium R. P. Laurentinus Mendiluce Rodríguez suffragiis triginta tribus et in quartum R. P. Crescentius Fernández Prieto suffragiis triginta sex. Definitorum vero in defectu: Primus est R. P. Gerardus Enrique de Vega, qui triginta sex habuit suffragia et secundus R. P. Paulus Alava Alava, qui habuit triginta quatuor. In Secretarium Provinciae fuit electus R. P. Lucas García Prieto.

Praeterea, diebus sequentibus, ad praescriptum NN. Constitutionum, et servatis servandis, congregati fuerunt definitorialiter praedicti Revmus. P. Ioseph Hickey, Prior Generalis et Praeses Capituli, Adm. RR. PP. Carolus Vicuña Murguiondo, Assistens Generalis, Petrus Arguinzóniz Marquina, Provincialis electus, Ignatius Arámburu Cendoya, Secretarius Ordinis, Angelus Cerezal Pastor, Provincialis absolutus, et Definitores Nicolaus Alonso Rodríguez, Angelus Negrete de la Peña, Crescentius Fernández Prieto et Gerardus Enrique de Vega. In primis Revmus. P. Generalis, Visitatione canonica Provinciae peracta, sequens edidit decretum, Actis Capituli inserendum: «Iusta debita Procurationis Provinciae apud Shanghai rite recognoscenda et absque mora solvenda sunt. Eorum ordinatio et pro viribus suis solutio committitur P. Vicario Provinciali Insularum Philippinarum, ea tamen conditione ut, si eorum solutio vires suas superet, aliter a Provincia providendum erit. Infra sex menses praefatus. P. Vicarius accuratam relationem de statu istorum debitorum eorumque solutione Romam mittet ad Revmun P. Generalem».

Patres Definitorii, auctoritate eis a Constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt ac publice notificare mandarunt.

## PRIMO: DEFINITIONES SEU DECRETA

I. Maxime dolendum est de tribulationibus quas passi sunt et adhuc patiuntur nostri dilecti Missionarii in ditione sinensi. Orationibus continuis ac amore fraterno eos incesanter prosequimur, nosque, difficultatibus quibuslibet non obstantibus, solemniter obligamus eorum necessitatibus cum qua par est solertia succurrere.

II. Confirmatur II decretum ultimi Capituli Provincialis, videlicet: «Illos Patres, qui celebrare Missam habitualiter non possint, vehementer hortamur ut in Aniversariis Ordinis et in obitu alicuius fratris ter Officium Defunctorum persolvant et in festo S. Michaelis Archangeli Psalmos Poenitentiales semel recitent. Si nec hoc possint, alias preces Deo fundant».

III. Confirmatur etiam III decretum eiusdem Capituli, videlicet: «Cum Collegium de Chosica sit proprium Provinciae Ssmi. Nominis Iesu Insularum Philippinarum, quoad rem oeconomicam iubemus ut in omnibus regatur ad normam NN. SS. Constitutionum (n. 844) et Statutorum Provinciae (n. 40). Insuper omnibus fratribus, praecipue Superioribus et Oeconomis, quam maxime commendamus ut, prae oculis habentes calamitates quae ultimis temporibus Provinciam vastaverunt, omni studio Definitorium adjuvent pro reparatione istarum calamitatum et sanatione oeconomiae Provinciae».

IV. Statuimus ut Rituale Ordinis, quoad partem praescriptivam, non secus ac Constitutiones, legatur ex integro semel saltem in anno.

V. Domus de Shanghai collocatur sub iurisdictione Vicarii Provincialis et Consilii Vicarialis Insularum Philippinarum, sicut coetarae domus illius Vicariatus.

VI. Omnibus Superioribus, Oeconomis et Vice-Oeconomis severissime prohibemus sub poena privationis officii aliisque poenis infligendis ne, neglectis normis iuris communis et NN. SS. Constitutionum, ullo modo bona Provinciae vel domus vendat, debita contrahant, pecuniam alienam in depositum recipiant, negotia gerant, contractus agere vel actuales rescindere praesumant, pigno-

rationibus bona tam mobilia quam immobilia onerent, fundos vel titulos ad latorem quos vocant emant et fiduciam negotiis alienis praestent vel obligationibus quibuscumque oeconomicis se gravent; insuper fideliter servent praescriptionum n. 38 Statutorum Provinciae circa rationes semestrales quas Definitorio mittere tenentur.

VII. In unaquaque Vice-Provincia et Vicariatu Provinciali a P. Commissario et Vicario Provinciali cum propriis Consiliariis nominetur Secretarius, qui, simili modo ac Secretarius Provinciae, omnibus litteris rescribat, sessionibus sine suffragio intersit, acta earundem in Libro Consilii consignet, Regesta Vice-Provinciae vel Vicariatus ordinet ibique notatu digna notet. Ab eisque Commissario et Vicario similiter eligantur Examinatores Confessorum et Quinquennialium, quae quotannis notitias mittent ad P. Provincialem de examinatis in respectiva Vice-Provincia vel Vicariatu.

VIII. Monemus Superiores locales ad quos pertinet ut de facto susceptionis habitus, emissionis professionis et ordinationis suorum subditorum quam citius certiores faciant P. Provincialem, ac in casu ordinationis simul notent nomen Episcopi ordinantis cum titulo istius et semper diem et locum.

IX. Ut PP. Professores Collegii Apostolici Coiacensis iuvenes, ad Nostrum Ordinem Aspirantes, tempestive examinare possint dum scholae nationales seu publicae patent, mandamus ut in illo Collegio cursus scholasticus incipiat immediate post Festum B. M. V. de Castello eique finis imponatur die 31 mensis Maii.

X. Religiosi extra ditionem Hispaniae commorantes, quibus iuxta nn. 1.136 NN. SS. Constitutonum et 36 Statutorum Provinciae vacationes conceduntur, debent prius obtinere NIHIL OBSTAT respectivi Commissarii vel Vicarii provincialis et insuper licentiam expressam Prioris Provincialis. In istis licentiis concedendis observetur ordo computandi tempus quo extra Hispaniam commorati sunt. Eodem NIHIL OBSTAT et eadem licencia indigent omnes Religiosi cum sive causa vacationum sive studiorum sive cuiuscumque alius raionis, in nationes diversas de illa in qua commorantur pergunt.

XI. Approbata sunt studia RR. PP. Martiani Villalba Herro,



Ramiri Martínez Iglesias, Nicanoris G. Lana López, Ioseph Sordo Abad, Laureani Gutiérrez Gutiérrez, Cypriani Vicente Lazcano, Antonii Peláez del Río, Vitalis Alvarez Arguello, Aloisii Casado Prieto, Emmanuelis Prieto Vega, Darii Casado Corral, Gabini Peral Torre, Candidi Barja Fernández, Narcisi Llamazares Reguera, Arsenii Aníbarro Alonso, Ioseph Antolín Treceño, Emmanuelis Cadierno Parra, Benedicti Domínguez Sánchez, Bellarmini Tórral Cavero, Emmanuelis Fernández Díez, Maximini Fernández Marcos, Raphaelis López Martínez, Aloisii Merino Gago, Gundisalvi González García, Urbani Melcón Fernández, Andreae Cañibano Salado, Michaelis Manrique Aparicio, Benedicti Chung et Antonii Wuang.

XII. Acta sacrae Visitationis ab adm. R. P. Provinciali eiusque delegati in Provincia et Vice-Provinciis peractae fuerunt recognita et approbata.

XIII. Examinatae et approbatae fuerunt rationes accepti et expensi ab Oeonomo Provinciae exhibitae. Etiam recognitae et approbatae sunt ratione dati et accepti domorum Provinciae.

XIV. Definitiones anteaactorum Capitulorum Provincialium et Congregationum Intermediarum, quae adhuc in vigore manent, confirmatas et ratas esse volumus.

XV. Pro taxa Ven. Curiae Generalitiae solvenda ad normam n. 844 NN. SS. Constituionum decernimus quod P. Provincialis curet ut pro unoquoque Sacerdote Provinciae duae Missae ad mentem Revmi. P. Generalis quotannis celebrentur.

## SEGUNDO: DISPOSITIONES FAMILIARUM

*Electus fuit:*

In Commissarium Provinciale Vice-Provinciae Peruviae,  
adm. R. P. Víctor Díez de Tuesta,

In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Ioseph Blanco Suárez.

In secundum, R. P. Mag. Ioannes Emmanuel López Martínez.

In tertium, R. P. Lr. Restitutus Díez Rodríguez.

*Electus fuit:*

- In Commissarium Provinciale Vice-Provinciae Columbiae,  
adm. R. P. Nicolaus Salgado Corta.  
In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Franciscus Gijón Gui-  
llén,  
In secundum, R. P. Dyonisius Carujo Ramón,  
In tertium, R. P. Ioseph López Cid.

*Electus fuit:*

- In Vicarium Provinciale Philippinarum, adm. R. P. Vitalis  
Iraeta Echevarría,  
In Primum eiusdem Consiliarium, R. P. Aemilianus Rodríguez  
Vega,  
In secundum, R. P. Daniel Castrillo Ortega,  
In tertium, R. P. Dolsé García González,  
In quartum, R. P. Eleutherius Blanco Suárez,

*Electus fuit:*

- In Vicarium Provinciale Vicariatus Sinensis, adm. R. P. Sal-  
vator Casado Martínez,  
In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Nicolaus Dulanto  
Dulanto,  
In secundum, R. P. Augustinus Fuertes González,  
In tertium, R. P. Marianus Espinosa Martín.

*Electus fuit:*

- In Vicarium Provinciale Vicariatus Iquitensis, adm. R. P. Cris-  
pinus Gómez Rubio,  
In primum eiusdem Consiliarium, R. P. Iesus García Martín,  
In secundum, R. P. Ferdinandus Calle Vallejo,  
In tertium, R. P. Ismael Barrio Méndez.

## PROVISIO COLLEGI VALLISOLETANI

*Electus fuit:*

- In Rectorem, adm. R. P. Lr. Dictinius Rodríguez Bravo,  
In Vice-Rectorem et Primum Consiliarium, R. P. Lr. Iuveni-  
nus Macho Liébana,  
In secundum Consiliarium, R. P. Lr. Lupus Cilleruelo García,  
In Sacristam, R. P. Lr. Emmanuel Ramos González,

In Procuratorem, R. P. Donatus Gorrochátegui Chinchurreta,  
 In Depositarium, R. P. Lr. Antonius Rubio Rubio,  
 In Magistrum Professorum, R. P. Lr. Raphael Pérez González,  
 In Socium eiusdem, R. P. Quirinus Fernández Fernández,  
 In Magistrum Coeremoniarum, R. P. Eutymius Cubría Bardón.

## PROVISIO DOMUS BARCINONENSIS

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Lucas Espinosa Pérez,  
 In Vice-Superiorem, primum Consiliarium et Sacristam, R. P.  
 Edilbertus Redondo Maté,  
 In secundum Consiliarium et Depositarium, R. P. Felicianus  
 Luis Martínez,  
 In Procuratorem, R. P. Nilus Martínez Pardo.

## PROVISIO DOMUS MATRITENSIS

Postulatus fuit in Superiorem, adm. R. P. Def. Nicolaus Alonso Rodríguez.

*Electus fuit:*

In Vice-Superiorem et Sacristam, R. P. Angelus Negrete de la Peña,  
 In primum Consiliarium, R. P. Laurentinus Mendiluce Rodríguez,  
 In secundum, R. P. Lr. Emmanuel Merino Pérez,  
 In Procuratorem, R. P. Thomas Alejandro Herrero,  
 In Depositarium, R. P. Michael de la Pinta Llorente.

## PROVISIO CONVENTUS DE BILBAO

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Emmanuel Díez Canseco,  
 In Vice-Superiorem et Depositarium, R. P. Philippus Calle Revilla.  
 In primum Consiliarium, R. P. Lr. Js. Daniel Ortega Santos,  
 In secundum et Sacristan, R. P. Albertus Díez García,  
 In Procuratorem, R. P. Valerianus Rivero Montalvo.

## PROVISIO COLLEGII COIACENSIS

*Electus fuit:*

- In Rectorem, adm. R. P. Stephanus Cuesta Valladares,  
 In Vice-Rectorem et primum Consiliarium, R. P. Marcellinus  
 Corral García,  
 In secundum Consiliarium, R. P. Antonius García Caveno,  
 In Sacristam et Procuratorem, R. P. Alexander Heredero Bo-  
 rreguero,  
 In Depositarium, adm. R. P. Ex-Provvis Angelus Cerezal Pas-  
 tor.

## PROVISIO DOMUS DE NEGURI

*Electus fuit:*

- In Superiorem, adm. R. P. Ioseph Marcos Valle,  
 In Vice-Superiorem et primum Consiliarium, R. P. Clemens  
 Juldáin Abarrátegui,  
 In Secundum Consiliarium et Depositarium, R. P. Anselmus  
 Sandín Miñambres,  
 In Sacristam, R. P. David Almeida Martín,  
 In Procuratorem, R. P. Angelus Díez Pérez.

## PROVISIO COLLEGII CAESARAUGUSTANI

*Electus fuit:*

- In Directorem, adm. R. P. Iesus Alava Zurbitu,  
 In Sub-Directorem, R. P. Moyses Montaña Montaña,  
 In primum Consiliarium, R. P. Gerardus de Cruz Bratos,  
 In secundum, R. P. Claudius Burón Alvarez,  
 In Sacristam, R. P. Lr. Michael González Garmón,  
 In Procuratorem, R. P. Thomas Vara Gutiérrez,  
 In Depositarium, R. P. Lr. Félix Merino Díez Busto.

## PROVISIO DOMUS NOVITIATUS DE BECERRIL

*Electus fuit:*

- In Superiorem, adm. R. P. Lr. Cyrilus García Alonso,  
 In Vice-Superiorem et Magistrum Novitiorum, R. P. Paulus  
 Alava Alava,

- In primum Consiliarium, Sacristam et Depositarium, R. P. Lr.  
Js. Clemens Camporro Fanjul,  
In secundum Consiliarium, R. P. Lr. Faustus Martínez Alonso,  
In Procuratorem, R. P. Petrus Calzada Cantera.

## PROVISIO DOMUS DE MEDINA

*Electus fuit:*

- In Superiorem, adm. R. P. Ex-Provlis. Ioachim Geijo Vega.

## PROVISIO CONVENTUS DE CEBU

*Electus fuit:*

- In Priorem, adm R. P. Lr. Eleutherius Blanco Suárez,  
In Sub-Priorem et Procuratorem, R. P. Ioannes Mendiluce  
Rodríguez,  
In Primum Consiliarium et Depositarium, R. P. Sanctes Abia  
Polvorosa,  
In Secundum Consiliarium, R. P. Restitutus Suárez García,  
In Sacristam, R. P. Marianus Pérez González.

## PROVISIO CONVENTUS MANILANI

*Electus fuit:*

- In Priorem, adm. R. P. Daniel Castrillo Ortega,  
In Sub-Priorem et Procuratorem, R. P. Michael Huerta Fernán-  
dez,  
In primum Consiliarium, R. P. Nicanor Alcántara Cotorruelo,  
In secundum, R. P. Bellarminus de Celis de la Hera,  
In Depositarium et Magistrum Novitiorum, R. P. Aemilianus  
Rodríguez de la Vega,

## PROVISIO COLLEGII DE ILOILO

*Electus fuit:*

- In Directorem, adm. R. P. Dolsé García González,  
In Sub-Directorem, R. P. Inoseph González Vega,  
In primum Consiliarium, R. P. Marianus Sapiña Arlandis,  
In secundum, R. P. Benvenutus Junquera Pernía,  
In Sacristam, R. P. Maximus Redondo Maté,  
In Procuratorem, R. P. Silvinus Vadillo Isasi,  
In Depositarium, R. P. Víctor del Fueyo Tuñón.

## PROVISIO CONVENTUS DE CHANGTEH

*Electus Fuit:*

In Rectorem, adm. R. P. Nicolaus Dulanto Dulanto.

## PROVISIO DOMUS DE HANKOW

*Electus fuit:*

In Superiorem, R. P. Vincentius Avedillo Mateos.

## PROVISIO DOMUS DE SHANGHAI

Ob circumstantias extraordinarias nunc ibi existentes provisio  
Domus de Shanghai difertur ad aliud tempus.

## PROVISIO CONVENTUS LIMANI

*Electus fuit:*

In Priorem, adm. R. P. Mag. Ioannes Emmanuel López Martínez.

## PROVISIO COLLEGII LIMANI

*Electus fuit:*

In Directorem, adm. R. P. Lr. Restitutus Díez Rodríguez.

## PROVISIO COLLEGII DE CHOSICA

*Electus fuit:*

In Directorem, adm. R. P. Ioseph Blanco Suárez.

## PROVISIO COLLEGII DE CHANCAY

*Electus fuit:*

In Rectorem, adm. R. P. Lr. Js. Ioseph Macho Guaza.

## PROVISIO COLLEGII DE IQUITOS

*Electus fuit:*

In Directorem, adm. R. P. Ioseph A. Quintana Urquiza,  
In Sub-Directorem et primum Consiliarium, R. P. Iesus García Martín,  
In secundum Consiliarium, R. P. Ioseph Almeida Martín,  
In Sacristam et Procuratorem, R. P. Ferdinandus Calle Vallejo,  
In Depositarium, R. P. Silvinus Treceño Ríos.

## PROVISIO CONVENTUS DE BOGOTA

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Franciscus Gijón Guillén.

## PROVISIO CONVENTUS DE BOJACA

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Dyonisius Carujo Ramón.

## PROVISIO CONVENTUS DE FACATATIVA

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Iulius Rodríguez Palacios.

## PROVISIO CONVENTUS DE BARRANQUILLA

*Electus fuit:*

In Superiorem, adm. R. P. Emmanuel Canóniga González.

## PROVISIO ALIORUM OFFICIORUM

*Electus fuit:*

In Oeconomum Provincialem, R. P. Thomas Alejandro Herrero.

*Electus fuit:*

In Vice-Oeconomum apud Manilan, R. P. Bellarminus de Celis de la Hera.

*Electus fuit:*

In Oeconomum Vice-Provinciae Peruviae: R. P. Balbinus Martín Pérez.

*Electus fuit:*

In Oeconomum Vice-Provinciae Columbiae, R. P. Eliseus Alava Zurbitu.

*Electi fuerunt:*

In Examinatores Ordinandorum, RR. PP. Dictinius Rodríguez Bravo, Raphael Pérez González et Iuventinus Macho Liéna.

*Electi fuerunt:*

In Examinatores Confessariorum et Quinquennialium, RR. PP. Daniel Ortega Santos, Raphael Pérez González et Iuventinus Macho Liébana.

*Electi fuerunt:*

In Examinatores Novitiorum, RR. PP. Dictinius Rodríguez Bravo, Paulus Alava et Lupus Cilleruelo García.

*Electi fuerunt:*

In Revisores librorum edendorum, RR. PP. Gerardus Enrique de Vega, Lupus Cilleruelo García et Lucas García Prieto.

Coetera officia, quae ob varias rationes provideri non potuerunt in Capitulo Provinciali, auctoritati adm. RR. PP. Commissariorum vel Vicariorum Provincialium providenda relinquuntur ad normam NN. SS. Constitutorum et Statutorum.

Ultimo designatum fuit Collegium S. P. Augustini Caesaraugustanum pro futuro Capitulo Provinciali celebrando.

Datum in Collegio S. P. Augustini Caesaraugustae, die 3 Augusti anni millesimi nongentesimi quadragésimi noni.

FR. IOSEPH HICKEY,  
*Prior Generalis et Praeses Capituli.*

FR. CAROLUS VICUÑA,  
*Assistens Generalis.*

FR. PETRUS ARGUINZONIZ,  
*Prior Provincialis.*

FR. IGNATIUS ARAMBURU,

L † S

FR. ANGELUS CEREZAL,  
*Provincialis Absolutus.*

FR. NICOLAUS ALONSO,  
*Primus Definitor.*

FR. ANGELUS NEGRETE,  
*Secundus Definitor.*

FR. CRESCENTIUS FERNÁNDEZ,  
*Quartus Definitor.*

FR. GERARDUS ENRIQUE,  
*Primus Definitor in defectu.*

*Concordant cum originalibus in archivo mei muneris assertatis.*

*Matriti, die 8 Augusti anni 1949.*

In fidem, etc.

• Fr. LUCAS GARCIA  
*Secretarius Provinciae.*